



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africanam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. L. De Anglia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

Regio: idque beneficio Sigismundi Poloniae Regis moderni.

## CAPVT L.

## DE ANGLIA.

**B**RITANNIS Euangelium annunciasse S. Petrum Apostolorum principem tradit Simon Metaphrastes. Sunt qui putant in illa, quam Claudius Cæsar contra istam gentem expeditionem habuit, comitem se Apostolum addidisse, cum anni superioris initio ex Syria in Italiam appulisset, cathedræque culmen Roma fixisset. Ut ut sit, illud ex Beda & alijs constat, Lucium Britannia Regem, tempore Eleutherij Papæ, Antonino & Lucio Vero imperantibus, Christo nomen dedisse.

Qua de causa Henricus VIII. Angliæ Rex à communionem Ecclesiæ Romanæ defecerit, egregiè docet Nic. Sanderus lib. de Schismate Anglicano.

Ceterum in Anglia duæ sunt Metropoles, *Cantuariensis* & *Eboracensis*, quibus quæ sint suffraganeæ Ecclesiæ, breuiter aperiam.

CANTVARIENSIS ARCHIE-  
piscopus regni Angliæ Primas.  
*Canterburij.*

Londinensis ad Tamesim fluuium. *London.*  
sedes Regum Britanniaë.

Vintonensis.	<i>VWinchester.</i>
§ Couentrensis.	<i>Couentre.</i>
∩ Lichfedensis.	<i>Lisfide.</i>
Sarisburyensis.	<i>Salisbury.</i>
§ Bathoniensis.	<i>Bathe.</i>
∩ VVellensis.	<i>VVelles.</i>
Lincolniensis.	<i>Lincolne.</i>
Exoniensis.	<i>Excester.</i>
Herefordensis.	<i>Hereforde.</i>
Norwicensis.	<i>Norrvick.</i>
Eliensis, in insula eiusdem nominis.	<i>Eliey,</i> <i>insula.</i>
Roffensis.	<i>Rochefer.</i>
Cicestrensis.	<i>Chichester.</i>
Vigorniensis.	<i>VVorchester.</i>
Meneuensis, ad fanum S. Daudis in VVal- lia siue Cambria,	<i>Saint Dauds.</i>
Bangorensis in VVallia.	<i>Bangor.</i>
Landauenfis.	<i>Landoff.</i>
Asaphensis aliàs Eluuenfis in VVallia.	<i>Saint Assé.</i>

Quatuor Pseudoepiscopatus, Petrobur-  
gensis, Gloscestrensis, Oxoniensis & Bri-  
stoliens-

stoliensis, à nobis in serie prætereuntur, utpote ab Henrico VIII. Rege instituti.

EBORACENSIS ARCHIEPISCOPUS *Yorcke*. Suffraganei sunt,

Dunelmensis.

*Durham.*

Cestrensis.

*Chester.*

Carleolensis.

*Carrel.*

In Anglia hodieque nomen Episcoporum est in usu, sed nomen tantum & vestis externa, cum ceremonijs quibusdam. Quo fit, ut Protestantes Angliæ, ab ipsis etiam Calvinistis *Semipapista*, & à nostris *Calumopapista* nominentur. Titulos verò Episcopales nunc etiam Scoti & Hiberni usurpant, ex decreto Iacobi Magnæ Britannæ Regis, annis superioribus facto.

Idem Rex Puritanos, qui communem cum Geneuensibus in Gallia, Heydelbergensibus in Germania, & Gomaristis in Batavia doctrinam habent, regno suo abesse iussit, eosdemque suis scriptis acriter prosequitur.

Sunt tamen hodieque Angli Catholici longè plurimi, habentque sua Seminaria ac Collegia Romæ, Vallisoleti, Hispali, Duaci, Louanij, Audomaropoli, Leodij & alibi.